

N
 Nicophorus Callistus.
 Nicetas.
 Nicolaus Lyranus.
 S. Nilus.

O
 Oenmenius.
 Olesaster.
 Oplatus Milevianus.
 Origenes.

P
 Paer.
 S. Paschasius.
 S. Paulinus.
 Paulus de Palatio.
 Petrus Berchorius.
 Petrus Blesensis.
 Petrus Cellensis.
 S. Petrus Chrysologus.
 S. Petrus Dominicanus Carol.
 S. Philippus Nerius.
 Philo Carpathus.
 Plinius.
 Plinius Junior.

INDEX AUCTORUM

Porrecta.
 S. Prosper Aquitanus.

R

Rabanus Archiep. Moguntinus.
 S. Remigius Episc. Rhemensis.
 Richardus a S. Laurentio.
 Richardus a S. Victore.
 Rupertus Abbas Tulliensis.

S

Salmeron.
 Salvianus.
 Santes Pagninus.
 Sedulius.
 Seneca.
 Severinus Boetius.
 S. Severus Sulpicius.
 Simon de Cassia Ordinis Eremitarum
 S. Augustini.
 Speculum Exemplorum.
 Suarez.
 Surius.

T

Tarcagnotus.

Tertullianus.
 Theodoretus Episc. Cyrensis.
 Theodorus Studita.
 Theophylactus.
 Theophilus Antiochenus.
 S. Thomas de Aquino.
 Thomas de Kempis.
 S. Thomas de Villanova.
 Thomas de Vio Cajetanus.
 Titus Dostrensis.
 Toletus.
 Tridentinum Concilium.

V

S. Valerianus.
 Venantius Fortunatus.
 Victor Antiochenus.
 S. Vincentius Ferrerius.
 Vita V. Camilli de Lellis.
 Vita S. Gertrudis Virginis.
 Vita S. Odonis.
 Vita Patrum.

Z

S. Zeno Episcopus Veronensis.

ÆRARIUM

EVANGELICUM

DOMINICA PRIMA ADVENTUS

EVANGELIUM LUC., CAP. XXI, VERS. 25

25. Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris et fluctuum.

26. Arescentibus hominibus præ timore, et expectatione, quæ supervenient universo orbi; nam virtutes cælorum movebuntur.

27. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, et majestate.

28. His autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra.

29. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam et omnes arbores.

30. Cum producant jam ex se fructum, scitis quoniam prope est aestas.

31. Ita et vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

33. Cælum et terra transibunt; verba autem mea non transibunt.

VERSUS 25.

Erunt signa in sole, et luna, et stellis, et in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris et fluctuum.

1.—Intervalia excellentiora fidei nostræ mysteria, specialem sancta mater Ecclesia, in imprimendo fidelium suorum mentibus, finalis iudicii tremendo die, industriam adhibet: siquidem annum, qui Ecclesiasticus appellatur, per Evangelia de hoc mysterio diffuse tractantia terminat pariter et hodierna Dominica inchoat, atque insuper feria 2 post Dom. I. Quadrag. illud ipsum iterato proponit. Similiter quando Deus se primitus in totius Universi creatione cognoscendum præbuit, Scriptura sacra illum nobis pariter iudicem exponit; etenim ut Cajetanus acute observat, ubi nostra vulgata legit: *In principio creavit Deus cælum et terram*, in Hebraico textu, loco hujus verbi *Deus*, verbum *Judex* exprimitur, ad denotandum videlicet, quod, idem ille qui tanquam Creator mundum ex nihilo produxit, eundem quoque tanquam Judex in fine sæculorum sit positurus in exterminium. Adhæc in ultimo sermone, quem immediate ante Passionem

suam ad discipulos habuit, primo quidem per varias parabolas, demum vero claris verbis de iudicio finali proluxe disseruit, quando pariter in conspectu Caiphe tanquam reus iudicandus constitutus fuit, illius quoque mentionem subindicavit; denique post suam in cælos ascensionem, immediate duos Angelos ad idem iudicium intimandum misit, dicentes, *Matt., xxvi, v. 64: Sic veniet, quemadmodum vidistis eum eantem in cælum*, idque nulla alia de causa toties reperitur, quam quia ut S. Paschasius, *Lib. II, in Matt.*, ait: «Judicii timor schola pietatis est.»

2.—Etenim benignissimus Salvator noster, utpote salutis nostræ cupidissimus, nos omnes pro suo in mentes nostras adventu bene preparatos esse desiderat, ne prorsus indigne illum recipiamus; *In adventu summi Regis mandentur corda hominum; ut digne ambulemus in occursum illius*. Hæc autem purificatio a nobis per seriam futuri districti iudicii meditationem secure obtinebitur. Unde Chrysologus, *Serm. lxx*, super illa symboli verba: *Judicaturus est vivos et mortuos*, scribens, dicit: «Si credimus venturum iudicem, innocentes iudici nos præparemus.» David e cujus progenie Re-

demptor noster carnem suscepit, quemnam modum adhibuit, ut vir secundum cor Dei fieret? Ipsemet respondet, Ps. c. 2, dicens: *Perambulabam in innocentia cordis mei*; sed quam via innocentiam istam sibi comparavit? *Providebam Dominum in conspectu meo semper*, id est, ut Hugo Cardinalis, Ps. xv, 8, ait: « *ut iudicem* »? Quemnam vero fructum ex hoc salutari exercitio reportavit? *Quoniam a dextris est mihi ne commovear*: « *Ut iudicem timeamus*, » inquit idem Hugo, « *quia non solum videt que facimus et cogitamus, sed et districte iudicabit*. » Unde, Prov. xx, 8. « *Ite qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo*, id est, « *Christus, quem homo in corde suo statuit iudicem, intuitu suo dissipat omne malum*. » Eodem quoque fine, Christus nobis in maiestate regia profundius ad Ecclesia ob oculos ponitur, unde in principio officii dicit: *Regem venturum Dominum venite adoremus*, nimirum ut eidem per finalis iudicii piam meditationem devoti obsequamur et occurramus, quia *honor Regis iudicium diligit*, ut Propheta Regius ait, Ps. xxvii, 4: qui idem alibi homines perperam viventes, ad vitam emendationem, et conversationem irreprehensibilem exhortatur, dum ait: *Dei inquit, nolite inique agere*, Ps. lxxv, 3; quam vero motivo utitur, ut eis hanc vitam innocentiam inculcet? hoc nimirum; *Quoniam Deus Iudex est*: Et ideo S. Damascenus, de *Die iudicii*, ait: « *Frater charissimi, lectionem de iudicio attentio corde audite, et memoriter retinete*; qui enim lectionem istam mente diligenti attendit, « *etiamsi reliquas scripturas minime intelligat, « hanc sola sufficere potest ad omne opus bonum faciendum, et ad omne opus malum effugendum*. » Soleat communiter etiam hominis magis lubrici magistri et pedagogi adhiberi, qui eos in bonis moribus instruunt, suaque vigilantia eos a precipitiis obviis abarceant. Jam vero, ut S. Basilus ait loquens de iudicio: « *Timor iudicii pedagogus est ad pietatem, et ideo mirum non est, quod « ii qui hunc pedagogum non admittunt, in omnia « seclera precipites corruant*; » unde Psalmista, Ps. iv, 3, 6, postquam dixisset: *Iniquitate sunt via illius in omni tempore*, illius mox rationem subiungit, quia *auferuntur iudicia tua a facie ejus*. Unicum offendiculum, quod majorem animarum partem irreparabiliter cadere facit, est, quod se ad rigorosissimum illud examen meditandum, quod etiam de minimo verbo otioso, reddendum erit, minime se applicant: *Propter quid irritavit impius Deum? Dixit enim in corde suo: non requirit*, Ps. ix, 13.

3. — S. Gregorius in Homilia hodie, ad matutinum lecta, aliam nobis causam subindicat, ob quam hodie Evangelium legatur de iudicio disserens; dicit enim: « *Dominus ac Redemptor noster paratos nos « invenire desiderans, senescentem mundum, quem*

« *mala sequentur, denuntiat, ut nos ab ejus amore « compestat*. » Etenim amor quo in creaturas ferimur, magno nobis est obstaculo, quominus Creatorem nostrum ea qua oportet cum reverentia crepamus et amemus; ac proinde hodie nobis totius universi desolatio, omniumque rerum creaturarum exterminium ob oculos ponitur, ut affectum nostrum ab iisdem devellamus, nam ut S. Maximus, Ser. xlviii, ait: « *Christianus qui mundum « non possidet, hic totum possidet Salvatorem*. » A terra igitur cunctisque terrenis alienus esto, si vis recipere Salvatorem, eumque tuum efficere.

Erunt signa in sole.

4. — Credibile est verba hæc relationem dicere ad interrogationem ab Apostolis Christo propositam hisce verbis, apud S. Mattheum relatis, xxiv, 3: *Quod signum adventus tui, et consummationis sæculi?* Signum igitur finis mundi, convulsioni colorum, ultimique exterminii, in quod elementa, omnesque alie creature respiciuntur, in sole, et luna, et stellis manifeste conspiciuntur. Quotidiana nos experientia docet, quod patrefamilias in aliqua domo occiso, vel graviter læso, subito omnes filii, servi, alique domestici ad vindicandam domino suo illatam injuriam, certatim accurrant. « *Sic instante die novissimo*, inquit Carthusianus, Ser. v in D. I. Ade., « *universitas creaturarum contra impios et ingratos « armabitur ad ultionem*. » Unde in Job, xx, 27, dicitur: *Revelabunt celi iniquitatem ejus, et terra consurget adversus eum*. In Sap., xvi, 24, pariter habetur: *Creatura factori deserviens, exarscesit in tormentum adversus injustos*. Porro creature peccatori subijciuntur, ratione potentie obedientialis, quia ita eis Deus præcepit; cæterum vero libere forent; quovis utique momento, ad vindicandum injurias communi ipsarum Creatori illatas, suam adversus impios conceptam iram ardentissimo zelo evomerent. Interim vero summa cum impatientia diem illum prestolari et desiderare videntur, quia ab hac subjectione liberate, intimum doloris sensum, quem ex injuriis Deo illatis percipiunt, manifeste significare possint; id quod Apostolus forte indicare voluit, quando ait, Rom., vii, v. 19 et 20: *Espectatio creature revelationem filiorum Dei expectat; vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecti eam in spe, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute, quod in die finalis iudicii futurum erit; ac proinde tunc omnes creature contra impios conjurabunt, ad illos disperdendos, præterquam quod divina quoque justitia illas velut furoris sui instrumenta adhibitura sit: *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum pugnavit cum illo orbis terrarum contra insensatos*, Sap., v, 18.*

5. — Carthusianus dicit, Ser. v in hæc Dom.,

quod sicut Princeps aliquis bellum aggressurus, primo generale quoddam armorum et exercitus sui lustrum instituitur solet, ita quoque priusquam Iudex supernus in magnifico suo throno iudicaturus consistere incipiat, primo vindicativæ suæ justitiæ arma lustrabit: « *Sicut bello imminente fieri solet armorum ostensio, sic ante novissimam ultionem « ostendit Omnipotens creaturam armatam, ad « exercendam injuriarum sui Creatoris vindictam*; » ac proinde sol velut generalis belli dux ad perterrendos viventes peccatores tenebrosos apparebit, simulque cum aliis planetis coram caelo veluti protestabitur, quod lumen suum malis omnino invitus, et divino præcepto coactus ministraverit, et consequenter ad ostendendum, quam de offensa Dei habuit displicentiam, et in penam temeritatis, qua sua fuerunt luce pessime abusi, lucem suam eis tunc subtrahet: « *Juste eis sol « obscurabitur*, » inquit Salmeron, « *atque indignabitur, qui lumine abusi sunt suo ad flagitia « perpetranda*. »

6. — Albertus Magnus, quatuor in magno hoc planeta signa observat. Primum est, quia obscurabitur; unde S. Mattheus, xxiv, 29, pro eo quod Lucas dicit: *Erunt signa in sole*, ita scribit: *Sol obscurabitur*. Et in Apocalypsi, vi, 12, dicitur: *Sol factus est niger, quasi sacculus cilicinus*. Secundum signum sive portentum est, quia in illa eadem domo, in qua in principio mundi creatus fuit, immobilis stabit, id est, in tremendo signo leonis. In ejus probationem textum illum, Abacuc, iii, 11, adducit, ubi dicitur: *Sol et luna steterunt in habitaculo suo in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hasta tuæ*. In *frenatu concubilibus terram, in favore obstupefacies gentes*. Tertium signum, inquit idem Sanctus, *perussio* erit, quia rota solaris percutietur, id quod per id probat, quod Apocalyp., vii, 12, dicitur: *Perussio est tertia pars solis, quia a benignis influentiis suis terræ utiliter communicandis desisset*. Quartum denique signum est *retroessio*, quia a cursu suo magis procul retrogrederetur, quam Ezechie tempore factum fuerit.

7. — Lyranus in cap. in Joel, dicit, quod sole justitiæ Christo, ad iudicium cum incredibili maiestate procedente, luminaria alia tum majora, tum minor, ejus luce obfusanda sint: « *Apparente claritate iudicis obfusabitur claritas luminum ad « presentiam majoris luminis*. » Idem quoque S. Chrysostomus a S. Thoma in catena citatus asserit, et expressit S. Hieronymus in c. xxiv Math. his verbis: « *Sol et luna obscurabitur et non dabant « lumen suum, et cætera astra cadent de caelo, non « diminutione luminis (alioquin legimus solem « septuplum habiturum luminis) sed ut comparatione vere lucis omnia visi tenebrosa sint*. »

8. — Verutamen certum quoque est, quod planeta luminosissimi per aliquod temporis spatium

vere sint obscurandi. *Sol obscurabitur: luna non dabit lumen suum*. Unde Salmeron ait: « *Veraciter « sol et luna cum cæteris sideribus ad tempus suo « lumine intelliguntur privanda*. » Ac proinde sicut universa hæc vastaque mundialis machina, suam a sole vitam accipit, ita quoque sole deficiente, et suos quasi oculos occultende, signum erit, totum quoque universum interitum esse. Unde Paulus de Palatio ait: « *Solem obscurari est mundum velut oculos ad mortem occidere, volunt enim Philosophi « solem esse oculum mundi*. »

9. — Dionysius Carthusianus dicit: *Luminaria celi obscurabitur, ad insinuandum, quod impii indigni sunt ministerio et luce ipsorum*. At vero huic doctrinæ Carthusiani objici posset, quod in Evangelio dicitur, quod benignissimus Pater, qui a S. Jacobo appellatur « *Pater luminum*, » *solem suam oriri facit super bonos et malos et pluit super justos et injustos*. Cui proinde responderet, totum hoc verum esse, quamdiu æternus ille sol demoratur in signo virginis, et quando tempus illud durat, in quo *per viscera misericordie visitabit nos*: fallit autem pro illo tempore, quo sol ille ingressurus est in signum leonis, prout faciet in novissimi iudicii die. Etenim Joëlis, cap. iii, ubi iudicium finale in valle Josaphat habendum esse innuitur, postquam sacer textus dixisset: *Sol et luna obtenebrati sunt, et stella retraxerunt splendorem suum, hujus rationem immediate reddens dicit: Dominus de Sion rugiet, et movebuntur celi et terra*. Similiter in cap. iii Amos dicit: *Leo rugiet, quis non timebit?* Quando sol in leone graditur, terra præ excessivo calore ardere videtur; ita quoque tunc. *Ignis ante ipsum præcedet*, Ps. xcvi, 3; *exarsceset sicut ignis ira tua*, Ps. lxxxviii, 27; *arsescentibus hominibus*. Terrere proinde unumquemque debet, quod S. Thomas de Villanova in hac dominicam scribit: « *Rugitus ejus ut leonis, « inquit, « tenebit prædam, et non erit qui eruat*. »

10. — Tunc barathrum perditionis, omni inique fecum, abominationum, enormissimorumque excessuum, qui nunquam ab humana malitia per omnium sæculorum decursus commissi fuere, sentina et cloaca aperietur, que faturo suo universum aerem inficiet, terraque caligine obfuscabunt, maxime cum peccata in Scriptura sacra appellantur, Joann., iii, 20: « *Opera tenebrarum*, » et consequenter, *qui male agit odit lucem*. Unde ipsimet ultra citroque se nunquam in veram lucem oculos suos defixisse fatebuntur: *Ergo erravimus a via veritatis, et justitie lumen non lucet nobis, et sol intelligentia non est ortus nobis*; quanto igitur minus id tunc facere audebunt, quando audituri sunt: *Mittite eos in tenebras exteriores*, adeoque in terra quadam et perpetua caligine sepulti jacebunt; imo quando ut Auctor Operis Imperfecti de celestibus hisce planetis dicit, *Hom., ix, « obtenebrati novissimam Dei « iracundiam demonstrabunt, ut adhuc viventibus*

« impiis super terram, jam gustus detur infernalium tenebrarum. »

11. — Haymo solis nomine Christum, lunæ vero Ecclesiam, stellarum denique nomine, sanctos mystice intelligens, dicit : « Retraherunt splendorem suum his qui cruciabantur, neque enim merebantur, qui in pena erunt, lumen justitiæ « videre. »

12. — S. Antonius de Padua, *Ser. in hac Dom.*, per hæc signa in sole conspicua, quinque Redemptoris nostri vulnera spiritualiter intelligit, quibuscum in judicio apparebit, ut reprobis, quod pretium sanguinis sui pedibus conculcaverint efficaciter exprobare possit : *Videbunt, in quem transfecerunt.* « Quæ quidem signa fuerunt quinque « vulnera in corpore Christi. »

13. — Albertus Magnus luminaria cœlestia, ob enormissimorum peccatorum horrorem, suos, ut ita dicam, oculos in die illa clausura esse censet : « Non enim volunt videre luminaria cœli iniqui « tales impiorum. » Glossa autem a S. Remigio citata, aliter exponit, dum ait : « In quo die tormenti pereuntium, sol et cœtera sidera non poterunt intueri, sed retrahent fulgorem, veritate punientis aspicerent non audebunt, non quod « damanda sint Dei judicio, sed quia omnia creatura in tormentis aliorum, de suo judicio pertimescat. »

14. — Isaias Propheta, *Isa.*, xxiv, 34, quondam prædixit : *Erubescet luna, et confundetur sol;* ubi Hugo Cardinalis, in *Luc.*, ait : « Quasi dicat, confundetur, ex rubore propter peccata vestra. » S. Paschasius, lib. II, in *Matth.*, eodem modo loquitur, dum ait : « Horrore peccatorum abscondet lumen « suum, » quia ne infinitam illam innumerorum excessuum multitudinem videant, oculos suos, ut ita loquar præ verecundia contegent, protestando se nullam unquam in his habuisse partem. Didaeus Stella, in *Luc.*, autem dicit : « Vult obscurari solem « et lunam in detestationem peccati, ut destruat « et damnet, quæ serviunt peccato. » Idem auctor aliam quoque considerationem adducit, nimirum quod obscuritas ista pariter nobis indicet, quod Deus vindicative justitiæ suæ ensem invitus stringat; quotiescumque enim castigandus est homo : « Irascitur quidem, ut faciat opus suum, sed peregrinum est opus ejus ab eo; » sicut enim ad pietatem exhibendam promptissimus est, ita ad puniendum semper est invitus. Unde Ecclesia dicit : *Deus, cui proprium est misereri.* Dicit igitur præfatus Stella, quod quasi erubescens videri se virgam manu stringere, aerem totaliter obscurari voluerit, ne videretur. Verumtamen melius hæc solis obscuratio potius exponi potest, quod sit signum severissimi ejusdem supplicii inferendi. In *Isaia*, xlii, 14, dicitur : *Tacui semper, silui, patiens fui; sicut parturientis loquar, dissipabo et absorbebo*

simul. Porro quando quidam severissimi supplicii excessus experimendus est, dici communitur solet, quod puniens cæco modo percutiat; unde idem quoque hic futurum erit, neque enim deinceps minimum pietatis vestigium supererit; ut sanctus Petrus Damianus, *ser. xliii*, ait : « In judice furibundo, et misericordiam nesciente. » Et ideo sol obscurabitur ad innuendum, quod ecece quodammodo percussurus erit. Ideo quoque in *Isaia*, xi, 1, dicitur : *Nocte vastatus est murus Moab.* Ubi S. Basilius ad propositum nostrum dicit : « Quod nocte « irrogatum supplicium, atrocis esse solet et amarulentius, » Enimvero quod in *Jeremia*, *Thren.*, iv, 1, dicitur : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus?* Idem quoque nos huic soli justitiæ adeo benigno et mansueto adaptare posse videtur. *Quomodo obscuratus est, mutatus est?* Haymon, *Hom. in D. n. Adv.*, super illa verba : *Signa in sole*, ita scribit : « Ubi spiritualiter solis nomine Dominus Jesus « Christus intelligitur, de quo scriptum est, vobis « autem, qui timetis Deum, oriatur Sol justitiæ. » Hic in primo adventu : *In sole posuit tabernaculum suum et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, *Ps.* xviii, 6. At vero in hoc secundo adventu : *Sol obscurabitur; factus est niger sicut sacculus ciliicinus;* radii ejus mutati sunt in fulmina, enses et lanceæ : *Induet pro thoroæ justitiam, et accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet duram iram in lanceam; ibunt directe emissiones fulgurum, etc.* *Sap.*, v, 19.

Et luna.

15. — Ordinarie et naturaliter consequens est, quod orbe solari obscurato, omnes quoque alii planete, quibus lucem suam communicat, obtenebrati remanent. In primo adventu, cœli omnesque planete certatim mundi Salvatori et Redemptori applaudebant : *Hodie per totum mundum melliflui facti sunt cœli. Rorate cœli desuper,* ubi Septuaginta legunt : *Florate.* Firmamentum in illo adventu, novam misit et inusitatam stellam; sol se triplici quasi vultu in horizonte videndum exhibuit; at vero quando Deus noster tanquam Juxta implacabilis, ad mundum desolandum, extirpandumque ab eo universum genus humanum, venturus est : « Fini terribili et « luctuoso, quasi condolebunt cœli, » inquit Salmeron, « nec debuerunt hæc significari augmento « lucis, quia lux non perterrefacit, ut ejus absentia; nec debebant signa vel retrocessionis solis « signari, quia hæc signa pro re parva data sunt in « veteri testamento. »

16. — In S. Mattheo legitimus : *Luna non dabit lumen suum.* Circa quæ verba Cajetanus apte observat, quod non dicit : *Non habebit, sed non dabit.* Apud Joëlem, ii, 30, Deus prædicit : *Dabo prodigia in cœlo et in terra, sanguinem, et ignem, et vaporem*

fumi, sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies magnus, et horribilis. Ubi Paulus de Palatio, in *Joel.*, ait : « Luna sanguinolenta videbitur, Deo scilicet lunam eo colore « tingente, ut significet sanguinariam venturi Judicis iram. » Porro obscuritas hæc non imaginaria; sed vera erit, ex mente Cartesiani dicentis, in *Luc.* : « Sol et luna, et cœtera luminaria cœli, « vere et in seipsis obscurabuntur ad tempus, ad « incutiendum terrorem hominibus. »

17. — S. Augustinus, in *Hesyc.*, a Salmerone relatus, hæc in sole, luna et stellis futuras tenebras, et gentium pressuras in novissimis diebus in Ecclesia, quæ *pulchra ut luna, electa ut sol* appellatur, adimplendas esse existimat, « quo significetur, « eam sic obscurandam, persecutoribus in eam « valde severitibus, ut non sit amplius apparitura. » Haymo, *Hom. in D. n. Adv.*, pariter per lunam Ecclesiam significari agnoscit : « Lunæ nomine mine Ecclesia designatur, sicut scriptum est : « Elevatus est sol et luna stetit in ordine suo; luna « non dabit lumen suum, quia Ecclesia miraculorum fulgore tunc non recondit. » Qui idem Haymo non solum verba Joëlis, sed et ea quæ S. Joannes (cui tremendus ille judicii dies revelatus fuit) in Apocalypsi, vi, 12, scripsit, nimirum : *Eccc terra motus magnus, factus est, et sol factus est niger, tanquam sacculus ciliicinus, et luna tota facta est sicut sanguis,* de Ecclesia exponit, dum ait : « Ecclesia pro veritatis testimonio martyrii colore « sanguinea erit : » nam in truculentissima Antichristi persecutione, multi sanguinem suum constanti animo generose pro fidei testimonio effundent.

18. — Albertus Magnus, *Serm. ii in D. n. Adv.*, per lunam, in sensu spirituali, sanctissimam Virginem intelligit : « Per lunam figuratur Virgo Maria, in « hac ergo luna, id est, beatissima Virgine, factum « est signum miserabile, quia scilicet conversa fuit « in sanguinem, » quibus verbis credibile est, ipsum dicere voluisse, beatam Virginem in illa die, una cum Filio, reprobis futuram fore implacabilem, tot eis ad eorum salutem ab ea subministrata auxilia exprobandum, quibus fuisse insolenter abusi.

19. — *Luna non dabit lumen suum*, id est, omnis ad eam recessisset refugium denegabitur, prout non obscure in parabola illa de decem Virginitibus insinuat, quam ipsemet Redemptor data opera et studio composuit, ad demonstrandam, quæ in illo judicio exerebitur, examinis severitatem; siquidem fatuæ virginis, quæ animas præscitas præfigurabat, ad ostium pulsare tentantes, clausam illam præprehenderunt, ipsique responsum fuit : *Nescio vos.* Quid autem porta hæc aliud quam Virginis Mariæ figurabat intercessionem, utpote quam Ecclesia hoc epitheto, *Jama cœli*, honorare consuevit?

Et stellis.

20. — In Evangelio S. Matthæi dicitur : *Stellæ cadent de cœlo;* ubi Dionysius Carthusianus, *Ser. v cit.*, ait : « Stellæ cadere videbuntur, quoniam comas igneas ex se spargent. » Salmeron vero ait : Per stellas intelligi « crebros cometas terribiles, ut « in aere significatur commotio. »

21. — Glossa verba illa Joëlis, tu, 15 : *Jaeta est dies Domini in valle concisionis; sol et luna obtenebrati sunt, et stellæ retraxerunt splendorem suum,* considerans, dicit « Reprobis omnia videbuntur « obtenebrari. »

22. — Haymo, in cap. ii *Joel.*, dicit : « Splendor « quorundam fidelium ultima tribulatione deficient « obscurabitur. » Porro justis, et maxime illis, qui alios in pietate erudiant, stellarum titulo in scriptura insigniuntur, *Dan.*, xii, 3 : *Qui ad justitiam erudiant multos, quasi stellæ fulgebunt.* Harum vero stellarum permulte obscurabuntur, eo quod præ nimia debilitate propria, Antichristi tormentis resistere non poterunt. Cui consonat, quod Salmeron hæc verba scribit : « Per stellas cadentes innuitur, multos qui gratia fulgere videbantur, persecutionibus cessuros et fideles firmissimos turbandos. » Etenim qui in Ecclesia firmamento stellæ fixæ esse credebantur, contremiscent et erraticæ stellæ efficiuntur, quia nimirum ex falsa apparentia portentorum, quæ filius perditionis operaturus erit fascinabuntur, de quibus portentis Apostolus scribit hæc verba, II, *Thess.*, ii, 9 : *Cujus est adventus secundum operationem Satanæ, in omni virtute et signis; et prodigiis mendacibus, in omni seductione tripudians, et maxime metu crudelitatis et violentiæ tormentorum percussis et consternatis.*

23. — S. Antonius de Padua, *Serm. in D. n. Adv.*, hæc adducit expositionem : « Stellæ, id est, homines viuentes ceciderunt de cœlo, id est, firmamento, id est, statu suo, in quo firmi stare et « diutius vivere credebant super terram. »

24. — Per stellas Haymo in Apocalypsi, cap. vi, scribens, sanctos intelligit : « Stellæ cœli snæti sunt « qui in tenebris istius vite lucent, veluti in firmamento stellæ; » quoad hoc credibile est, quod in illa die non solum a communicanda reprobis luce, aliisque benignis intercessionum suarum influentiis cessaturi sint, verum etiam quod in illis adimplendum sit illud Judicium, cap. v : *Stellæ manent in ordine, et cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt,* ac proinde probabile, quod consilia, admonitiones, cunctaque alia auxilia, quæ illis in hac vita pro ipsorum salute hactenus subministrarunt, impiis graviter exprobrarunt, sicut et bona exempla iisdem ab aliis exhibita, orationes, aliæque bona opera pro ipsis facta, tot denique sudores, quos in suis prædicationibus, laboribus, vigiliis, studiis, peregrinationibus, jejuniis, etc., pertulerunt.

25. — Idem quoque venerabilis doctor, *Hom. in D. n. Adv.*, per hasce stellas obtenebratas hypocritas intelligi posse existimat. Unde dicit: « Stellarum « nomine in hoc loco designantur hypocritæ, qui « dum professionem fidei habent in Ecclesia, quasi « stellæ intra astra fulgent, sed ultima tribulatione « imminente, stellæ cadent de cælo, quia plurimi « tunc ab Ecclesia recedent corpore, in qua prius « recesserunt mente. »

26. — Utilissimam tandem circa hæc luminaria cælestia moralitatem Salmeron adducit, dum ait: « Tu ergo quoties lumen solis, lunæ, vel stellarum « videris, recordare, cito venturum tempus, in quo « sub adventum Judicii mirabilis futura sit muta- « tio. » In *Ecclesiastico*, xx, 26, stupenda refertur audacia impiorum, contra Deum sese armanium, qui et dicere non dubitarunt: *Quis me videt? tenebræ circumstant me, et parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit me, quem vercor?* Sed turpiter falleris, o peccator, quisquis hæc cogitas, quia ecce veniet dies, in quo iudex supremus illuminabit abscondita tenebrarum, ait S. Paulus, *I Cor.*, iv, 3, et manifestabit consistia cordium, in conspectu cæli, terræ et inferni, non obstante tenebrarum obscuritate, quæ omnia luminaria cælestia obducta erunt, omnes iniquitates nihilominus revelabuntur, et tametsi peccata opera sint tenebrarum, ipsa tamen non obstante horum planetarum caligine, abscondi nequam poterunt.

Et in terris pressura gentium.

27. — Nonnulli quidem per hanc gentium pressuram, bella, seditiones et tumultus intelligi existimant. Unde hæc S. Bonaventura, *Scrm.* 1 in *D. n. Adv.*, verba illa refert: *Surgit gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et pater filium, et filius patrem trahet in mortem, et odio habebunt omnes Christum confitentes.* Nihilominus Dionysius Carthusianus, *Euarr. in Evang.*, pressuram illam de depressione spirituali simul et corporali intelligit: « Spiritualis, quæ est magna angustia cordis: « et corporalis, quia tam multum fugient, quod se « invicem compriment, presertim ubi se quasi in « loco tutiori collegerint. » In Amos propheta, v, 18, 19, ubi de hoc tremendo die tractatur, dicitur: *Dies Domini ista, tenebræ et non lux, quomodo si fugiat vir a facie leonis et occurrat ei ursus.* Unusquisque in speluncis inter feras se potius abscondere contendet, quam coram irato hoc iudice comparere: *Dicent montibus aperite nos, et collibus cadite super nos.* Dionysius Carthusianus dicit quod in terris idem sit quod in universis regnis, provinciis, civitatibus. Haymo, *Hom. in D. n. Adv.*, similiter de disensionibus et bellis interpretatur: « Eisdem terræ « incolis se prementibus, et invidiosa contentione « in se consurgentibus, » qui in illo textu Isaie,

cap. ii, 3, fundatur: *Irretit vir in virum, unusquisque in proximum suum.* Verumtamen S. Augustinus a Salmerone citatus aliter intelligit, dum ait: « Non « afflictionem quam gentes sunt passuræ, sed quam « gentes impiæ sunt allaturæ fidelibus. »

Præ confusione.

28. — S. Thomas de Villanova, *Conc.* ii in *Dom.*, per confusionem hanc perturbationem et confusam omnium creaturarum commixtionem intelligit: « Omnis elementorum ordo solvetur et « confundetur, sicut tonitrua, fulmina, tempestates « horribiles, grandines incredibilis magnitudinis, « terræ motus et hiatus terræ formidabiles. » Hunc quoque perturbatum ordinem S. Petrus in *Epistola sua secunda*, III, 10, prædixit: *Adeunt dies Domini ut fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa vero calore solentur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera exurentur.* S. Thomas a Villanova, confusionem hanc etiam usque ad principes extendendam esse dicit: hi enim, coram quibus terra contremiscere videbatur, tunc ne quidem intra speluncas evadere poterunt: « Qualem existimas tunc « futuram mortalibus vitam, quando reges et pri- « mates, qui cæteris solebant esse terrori, relictis « urbibus, palætris, et errabundi confugiant ad « speluncas? »

Sonitus maris et fluctuum.

29. — Haymo, *Hom. cit.*, futurum esse dicit, quod ad reprobos castigandos, non solum cælum et terra inter se conjurabunt, verum etiam mare procellosum, imo et omnes alie aquæ fluminum, furoris sui signa horrenda edent: « Tradunt nonnulli quod « circa finem sæculi, mare, flumina, rivuli juxta « qualitatem et quantitatem vocis et mugitus emittent. » Psalmista quoque, *Ps.* xxi, 2, 3, insinuare videtur, nam postquam de supremi Judicii sede dixit: *Parata sedes tua ex tunc*, postea subiungit: *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam; elevaverunt flumina fluctus suos a vocibus aquarum multarum, mirabiles elationes maris.* S. Th. de Villanova de undis marinis attestat quod « Fluctus maris intumescunt, adeo ut videantur « universam terram devoraturi. » S. Hieron., a S. Bonav. in ser. I hojus Domini, hisce verbis citatur: « Secundum Hieronymum Doctorem veracissimum, « mare exaltabitur quindecim cubitis, super excel- « sos montes, et postea prosterneretur in imum pro- « fundi, et omnia que moventur in aquis, levabun- « tur super aquas. » Idem Seraphicus Doctor super hunc S. Lucae textum, adimplendum esse scribit propheticum illud oraculum: *In spiritu furoris tui congregata sunt aquæ, ipse enim Dominus, qui conturbat mare.* Denum vero demonstrare pergit,

quanto cum jure Deus adversus impios seviturus sit. « Hoc quidem justo iudicio suos, quia sicut di- « citur: Impii quasi mare fervens, quod quiescere « non potest. » Hugo Card. ait: « Quare mare con- « fundetur, id est, omnino peribit, et hoc fiet cum « fragore »; et fundatur super textum quodam *Apoc.*, xxi, 1, ubi S. Joannes scribit: *Et vidi cælum novum et terram novam, primum enim cælum, et prima terra abiit, et mare jam non est.*

Additiones.

a. — *Et erunt signa in sole et luna et stellis.* *Luc.*, xxi, 25.

Lex evangelica, quam Christus Dominus suo in mundum adventu promulgavit, lex quidem est amoris. Sed cum amor hic salutare quendam timorem pro suo habet fundamento, hinc est quod sancta mater Ecclesia tanquam Christi vicaria, sicut ipse adventu suo vero et reali magnam nobis Dei ostendit misericordiam et amorem, sic illa adventu rememorativo, per propositam sacri Evangelii lectionem, magnam nobis incipit prædicare Dei in iudicio finali iustitiam; ad hoc ut incutiens timorem, amorem Dei in nobis conservet. Consideratio enim finalis iudicii ad timoratum et virtuosè vivendum Deique offensas declinandas magno nobis est auxilio.

b. — Supplicatio, qua Propheta regius se clavis timoris ejusdem reverentialis, in corde suo transigi instanter rogabat, in eo fundabatur timore, quo idem rex extremum Dei iudicium sibi aliquando superventurum anxie metuebat: *Confige timore tuo carnis meas; a iudicis tuis timui.* Incessanter namque in animo et memoria sua dicit illius rigores et formidabiles revolvebat sententias. Hæc enim nos timorem Dei reverentialem concipere et conservare faciunt.

c. — Unde S. Ephrem Syrus nos exhortabatur, inquiens: « Semper cor et lingua tua de extremo ju- « dicio meditentur. Sive igitur operi, sive orationi « intentus sis, sive ambules, sive sedeas, sive come- « das, sive jejunes, sive in cubili tuo vigil jaceas, « sive quid aliud agas, non desistat mens tua « cogitare et os tuum loqui de iudicio. » Ut enim quis irreprehensibilem agat vitam virtuosèque operetur, hoc unum sufficit, si quis iudicii memoriam in mente sua semper fixam habuerit.

d. — S. Job, his verbis Deum affabatur, vii, 8: *Oculi tui in me, et non subsistam.* Super que verba S. Gregorius ita scribit: « Voci justorum congruit, « quorum mens semper sollicita venturo examini « intendit: omne enim quod agunt, metuunt, dum « caute considerant ante quantum Iudicem sta- « bunt. »

¹ Ex *MANST. Lexicopletissima Bibliotheca predicabili*, passim selecto.

e. — Electi proinde semper sollicite student accumulandis meritis, virtutibus et operibus sanctis, *opera enim illorum sequentur illos.* *Apoc.*, xiv, 13.

f. — S. Joannes in *Apocalypsi*, xiv, 13, audivit e cælo vocem dicentem sibi: *Beati mortui qui in Domino moriantur.* In Domino mortuos appellat illos qui pleni honorum operum ex hac vita discesserunt: *Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescat a laboribus suis.*

g. — David Deo genere se promittebat se ei soli victurum, eumque per omnia secula laudibus celebraturum esse. At vero quæ ratione se in æternum victurum esse confidebat, cum nesciat homo utrum amore vel odio sit dignus? Nimirum: *Judicia tua adjuvant me.* Per hanc namque iudicii finalis continuationem, ab omni se sinistro eventu, tueri posse confidebat. Perseverantiam enim in honore oblitante qui Christum iudicem præ oculis habebat.

h. — Multis quidem rem obiter tantum ponderantibus, videbitur hodiernum Evangelium nihil ad statum viventium pertinere, eo quod de extremo illo die finalis iudicii, de signisque illud præcedentibus mentionem faciat. Ast multum fallunt et errant, siquidem hæc quæ de perituro jam mundo prædicit Christus in Evangelio, eadem Ecclesiæ iam olim prædixerat eventura cuivis homini mortituro.

i. — Christus ait de mundo fore signa in sole, luna et stellis, etc., id est ea obscuranda: sic Ecclesiæ loquitur de homine: *Memento Creatoris tui, in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis et appropinquent anni de quibus dicitur: non mihi placebit, antequam tenebrescant sol et lumen, luna et stella, etc.*, *Eccles.*, xii. Sed idem de hora mortis fere est hominum sensus ac de iudicio, dum passim ita libere vivitur, quasi nunquam hæc hora esset eventura, unde etiam tanta est peccatorum agglomeratione: quodcumque enim peccatum ex mortis derivatur oblivione, quam in nobis procurare satagit demon, utpote sciens quod peccatum per mortis cogitationem metumque prostermat. Ad hæc faciunt que Petrus Blesensis ita ad scholasticum quendam magistrum scribit: « Utinam magister « sciperes, ac intelligeres, jam novissima provideres. « Hæc philosophia tibi jam decrepito perneccessaria « esset que frequenter in scholis describitur, sed « frequentius præscribitur, cogitatio mortis scilicet « assidua. Propheta dicit: *Domine, notum fac mihi « fidem meam.* Et Salomon: *Fili mi, recordare no- « vissima tua, et non peccabis in æternum.* Lamen- « tator ille Jeremias propheta deplorat animam « peccatricem et sui finis immemorem: *Sordes,* « inquit, *in pedibus ejus, nec recordata est finis sui. »*

j. — Sancta mater Ecclesia, a Spiritu sancto instructa et gubernata insinuat ut annus ecclésiasticus exordium suum a iudicio generali sumeret: unde in dominica prima Adventus illud proponit Evan-

gelium, in quo dicitur: *Erunt signa in sole, etc.*, eundemque pariter in ultima dominica Pentecostes per eandem terminat iudicii finalis historiam evangelicam. Verum enim vero quanto divina sapientia sollicitior est ad imprimendam in fidelium mentibus vivam huius mysterii apprehensionem, tanto sterilior est hominis lingua, impeditior redditur omnis calamus, ad digne de illo discurrendum aut scribendum, quia scriptum est, quod horror diei illius tam futurus sit excessivus ut homines præ timore exarescant.

K. — In tantum usque excessum in impio multiplicata sunt peccata ut David dicat: *Laudatur peccator in desideriiis animæ suæ et iniquus benedicitur. Exacerbavit Dominum, non est Deus in conspectu ejus; iniquitate sunt via illius in omni tempore.* Al vero, quisnam fuit ille scopus ad quem alidentes, tam enormiter ceciderunt? Nimirum quia oblii fuerunt, se aliquando coram divino tribunali presentandos et iudicandos esse: *Auferuntur, inquit, iudicia tua a facie ejus.* Idem quoque psalmista impii considerans inverecundiam, temeritatem et impudentiam, qua sibi in quocumque excessu committendos fræna laxat, attonitus interrogat: *Propter quid iritavit impius Deum? moxque causam hanc assignat: Dixit enim in corde suo: non requiret.* Unde Augustinus in quodam sermone ad populum inquit: « Irremediabile periculum est, sic aliquem vitis et cupiditatis fræna laxare, ut se rationem Deo non meminerit redditurum. Puto quod magna sit peccati poena, metum ac memoriam futuri perdisse iudicii. »

L. — Peculiaris autem tartarei serpentis astutia est, qua hanc adeo salutarem ultimæ diei reminiscuntiam impio abscondit, ut culpas semper suas, tanto amplius multiplicet. Cæsarius Arelatensis, idem quoque punctum, in homilia quadam, his verbis tangit: « Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut quantum amplius unusquisque peccaverit, tantum minus peccata ipsa intelligat. Venit illud quod propheta peccatoribus clamat: *Non est Deus in conspectu ejus; auferuntur iudicia tua a facie ejus.* Etenim quando subreptit peccandi delectatio, saluti futuri iudicii diem abscondit oblivio. » Servus qui delectat homini regi decem millia talenta, cur tam excessivum es alienum contraxerat, nisi quia de reddendis unquam rationibus nunquam cogitaverat!

M. — Hæc causa singularis est, cur aliquando erit dies iudicii ad hoc ut Deus convincat peccatores, demonstrando se neutquam defuisse illis, quomodo salvarentur, cum pro illis venerit in mundum, ut ostenderet majorem ejus in nos amorem fuisse in redemptione, quam in creatione nostra, quia ipsemet in propria persona corpus assumendo passibile, redimere nos voluit, « Numquid in hoc solum dixisti me, » inquit S. Thomas de Villanova,

*Serm. de S. Maria Magdalena, « quia fecisti me? Ino-
« misti; factus enim ex nihilo sine merito meo,
« peccato meo ad nihilum reductus sum, et sic
« eram, ut melius esset si natus non fuisset, in
« combustionem et cibum ignis, nisi iterum defor-
« mem, redintegrasses me. »* S. Ambrosius in *Luc.*
addit: « Plus Domine Jesu, injuriis tuis debeo
« quod redemptus sum, quam operibus quod crea-
« tus sum. » In extremo iudicio omnes comparare
debebunt, tam beati quam damnati, Apostolo di-
cente: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal
Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout
gessit, sive bonum, sive malum.* Redemptor enim
noster qui totum universum justissime regit, natu-
ramque angelicam et humanam provide gubernat,
universam œconomiam suæ causam in conspectu to-
tius mundi justificare satagit, ut *justificeris in ser-
monibus suis.* Qualibet anima immediate post
mortem, vitæ et operum suorum rationem reddit
exactam, pariterque destinatur vel ad beatitudinem
Paradisi, vel ad æternam damnationem, sed homo
dupliciter potest considerari, vel ut est persona par-
ticularis, vel ut est pars totius humani generis.
Prout est persona particularis, sic ei convenit iudicium
particulare; prout vero pars est generis
humani, sic ei iudicium universale debetur. Quod
iudicium universale manifestabit omni creaturæ
justitiam Dei et opera hominum sive bona sive
mala. In præsentî vita multorum bonorum non fit
retributio et multi scandalisuntur quod Deus non
puniat iniquos. In iudicio autem finali *iudicia Dei
vera manifestabuntur, et justificata in semetipsis.*

N. — Tremenda quæ præcedent signa formidanda
supremi iudicii diem, adstantium timorem et
calamitalem, et supremam iudicii majestatem,
quando exacta discussione orbem iudicabit, his ver-
bis Christus prænuntiat: *Erunt signa in sole et luna
et stellis et in terris pressura gentium.* Verum quare
Deus cum venturus est omnium iudex, acerbioris
eternæ gehennæ poenas incussurus, tot præambulis
creaturam calamitatibus et miseris præstruitur?
Num tante præviæ miserie et adversitates faciunt
ad magnam iudicis majestatem? Non equidem, sed
demonstrant Deum esse calamitatum auctorem,
quas ad utilitatem nostram et gloriam suam nobis
immitit, ut tanto magis nostram elucescere faciant
patientiam. S. Gregorius considerat servum Domini
Job non dixisse: « Dominus dedit, diabolus abstulit;
« sed, *Dominus dedit, Dominus abstulit.* At post-
« quam non abstulit, nisi ipse qui dedit, sua rece-
« pit, non nostra abstulit. Si enim ab illo accipi-
« mus, quibus in hac vita titimur, cur doluimus
« quod ipso iudicante exigimur, quod largiente
« feneramur? Si iusta Deo placere scimus, pati
« autem nulla nisi quæ Domino placuerint possu-
« mus; iusta sunt cuncta quæ patimur et valde

« injustum est si de justa passione murmuramus. »
Miraris si Deus, ille honorum amantissimus, qui
illos quos quam optimos atque excellentissimos
vult, adversam illis fortunam atque excelentissimos
Ego vero non miror, si aliquando deliciatur spectando ma-
gnos viros collectantes cum aliqua ingenti calamitate,
quam ipse Deus immittit. Mirarer ego autem,
si illos strenue decertantes ope destitueret, qui
supra id quod possunt homines lentari non patitur.
Unde ne in his gravissimis calamitatibus congruis
remediis destituat, ait: *Levate capita vestra quia
appropinquat redemptio vestra.* Supra quæ verba,
Hugo Cardinalis sic commentatur: « Ipsa mala quæ
« nostra, et ad hoc militat Dominus nobis, ut per
« illa nos redimamus, » scilicet per patientiam.
Hanc vero ut nobis procremum, jubet levare caput.
At quoniam? Ad colli gaudia, ad æterna præmia;
mirifice etenim consideratio celestis gloriæ, ad
patientiam exereendam caleat addit, auxilia præstat.

O. — Eheu, quis non timeat horridi iudicii su-
premos rigores, quibus justitia Dei culpas hominum
discretit, damnabit et æternitatis ignibus castigabit!
Ubi est esse creaturæ, quæ propter hominis obse-
quium sunt creatæ, tamen contra impios pro Deo
militabunt, adversusque eos insurgentes, pugnan-
tes pro suo Creatore: Accipiet armaturam zelus
illius, et armabit creaturam ad ultionem inimico-
rum. Sicut enim Deus suo imperio cuncta fecit, sic
et eodem imperio cuncta potest delere. Cur ergo ad
hoc exequendum creaturas assumptit, ut ignem ad-
versus Sodomam, aerem diffusis tenebris adversus
Egyptios, terram contra Dathan et Abiron, aquas
adversus peccatores in diluvio, solem, lunam et
stellas adversus eosdem ante universale iudicium?
nisi tantum ut agnoscat omnes creaturas ultrices
esse injuriæ commissæ in suum Creatorem. Pulchre
Hugo ad cap. vii Genesis, ad illa verba: *Aqua inun-
daverunt,* ait: « Hoc factum est ut creaturæ Create-
« ris injuriam in homines vindicarent. » Armabit
creaturam ad ultionem inimicorum, nempe pecca-
torum, in quorum perniciem, tanquam divinas jus-
titiae instrumenta armabuntur. S. Cyrillus Alexan-
drinus, in *Commentario super Isaïam*, sequentem
tradit doctrinam, inquit: « Semper irato Deo,
« etiam ad iram exauctur serva creatura, perpetuo
« eam huc excitante eo qui omnibus imperat; suc-
« censit enim ille Ægyptiis, creatura autem nil
« agere non potuit. Transivit quippe in sanguinem
« aqua, seaturivit terra ranas, colorem demisit gran-
« dinem, profundæ tenebræ trium dierum spatio
« per totam eorum regionem dissipatae sunt. Itaque
« irascetur etiam ipsum coelum, et velut a funda-
« mentis terra concutietur, propter furorem ire
« Domini. Pugnabit enim etiam una adversus stultos
« ipsa creatura, et commoto Domino etiam, ipsa ad
« hoc prope modum instructa est; omnia siquidem

« cum suprema voluntate conspirant atque concu-
« runt, et nihil in eum natura, quod non divino nutu
« et consilio eadat. » Sic Deus in omnibus insensibi-
libus dabit Deus signa ante iudicium, auferens a
variis creaturis eam in prima sua creatione
obtinuerant; pulchritudinem, nitorem ac splendo-
rem, eamque quam antea exhiberunt gratiam
modo convertendo in terrorem, idque in punitionem
peccatorum, qui creaturarum abusi beneficiis,
creaturas omnes contra se sentient armatas, ut illas
Creatori vindicent injurias.

P. — *Et erunt signa in sole et luna et stellis.* Qua-
lia illa in his principibus astris signa sint exponit S.
Matthæus, xxiv, 29: *Statim autem post tribulationem
dierum illorum, sol obscurabitur, et luna non dabit
lumen suum.* Sed quid hoc insoliti secum portat cum
sol ille, oculus mundi, per nebulous aërem sapius
impediatur quominus lumen suum, ac radios in
hæc inferiora transmittere possit, de nocteque
suum lumen plane abscondit; et idem de luna?
Quem ergo terrorem et damnum mortalibus causa-
bunt abstractio splendoris solis et lunæ? Multum
per omnem modum. Constans enim philosophorum
est sententia, ut vult S. Bernardus, *Dom. i. Quadrag.*
quod si una die sol cessaret facere cursum, omnes
morentur: ita si verbum Dei deficeret, quod est
sol animæ, scilicet quod verbum Dei non prædica-
retur, omnes spiritualiter morentur. Ex quo neces-
sitas verbi Dei symbolice significata clare evincit-
tur.

Q. — S. Augustinus, *Ep. lxxx, ad Hesych.*, hæc
scribit: « Sol et luna, id est, Ecclesia obscurabitur,
« quia in illa tentatione, ac tribulatione magna,
« multi viri proli, qui in vita tanquam stelle
« fulgebant per honores, tunc obscurabuntur præ
« nimia confusione, eo quod per ambitionem ho-
« nores acquisiverint. Ambitiosi enim, quia terrena
« avide nimis concupiscunt, a celesti gloria exclu-
« duntur. » Unde dignitatum gradus, etiam illi qui
ad eosdem a Deo sublimantur, periculosos esse
constat.

R. — Legitur apud S. Joannem, xii, 42, multos
principes synagoge, interius per Christi prædicationem
et miracula convictos, in eum credidisse: *Venerunt
enim et ex principibus multi crediderunt in eum
sed propter Pharisæos non confitebantur, ut a Syna-
goga non effererentur.* Al vero dicite, o principes,
quidnam magis vestimari merebatur, an fides, reli-
gio, colorum regnum, an vero vanus timor Phari-
seorum? De Apostolis et contra scribitur: *Habent a
« conspectu concilii, gaudentes, quoniam digni habiti
« sunt, pro nomine Jesu, contumeliam pati.* Act. Ap., v,
44. At vero Apostolos ita affectos fuisse, minime
mirandum venit, quia hi oculos suos in gloriam et
honores regni celorum, non vero in gloriam terre-
nam intentos habebant. Principes vero synagoge
non item, de quibus proinde S. Joannes dicit:

Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam Dei. Qui gloriam mundi hujus quaerit et ambit, caelestis gloria se dignum reddere non potest; nam porta illius humilis est. Et ideo Salvator ait: *Intrate per angustam portam.* *Mat., vii, 13.* Et ideo nisi superbi et elati homines se humiliaverint, nunquam aliquem in regnum caelorum aditum habere poterunt. Effrene dominantis desiderium intellectum excoecat eorum qui ad honores evolvuntur. Sol obscuratur, in eis, et luna non dat lumen suum.

s. — Inter caetera quae S. Matthaeus avertit signa, illud quoque est quod stellae cadent de caelo: *Et stellae cadent de caelo, Matth., xxiv.* Sed super hunc textum difficultatem movet Origenes, *Tract. xxx in Matth.,* inquires: « Quomodo ergo cadent de caelo stellae, cum magnitudini earum non sufficiat terra? » Stellae sunt justi qui, cum in virtutum et operum honorum manent exercitio, velut stellae fulgentes caelo adherent: at vero, si per negligentiam a congruenti operatione cessant, statim praecipiti casu ruunt, pereunt, et ita habentur ac si non essent. Quidquid enim in his boni erat tollitur. Nam negligentia nos operum bonorum, virtutes et merita facit amittere donorumque et gratiarum divinarum talenta sepelire. Negligentia et aecidia ad omne malum viam sternunt, suntque omnis vili causa. Daemon in aecidiosis centrum suum invenit; ut pole qui in propriam suam perniciem tentationibus ejus cor suum aperit, adversus quas nullum est potentius remedium quam pigrilitate expulso. Pigrilitas et negligentia in via Dei scopuli sunt ad quos alidantes, usque in aeterna perditionis abyssum naufragamur. Trepidus et aecidiosis Deus maledictionem, mortem aeternam et alia mala comminatur; quos a se repellit tanquam abominabiles.

t. — S. Matthaeus, xxiv, 29, explicatius referens signa quae erunt in sole, et luna et stellis, dicit: *Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo.* Sed ut ad pulchram moralitatem quamdam utilis praepararetur discursus, merito hic inquiritur, quorsum in die Judicii tanta tenebrarum caligo oculos obocceabit? Paulus Palatius hujus assignat rationem, in hunc textum scribens: « Tantis tenebris mundus tegitur ubi Judex venit iratus. Non est opus suum, irasci, punire, condemnare, sed alienum opus ab eo. » Id est: Deus ostentans suae justitiae rigores, sese densis tenebris abdit, ac si ipsum excellens bonum justitiae praemisericordiae magnitudine quodammodo erubescat. Nam misericordia Domini superior est justitia ejus; atque ideo Deus invitus castigat. Valde autem proclivis est, ut in beneficium nostrum pietatem suam exhibeat.

u. — Credibile est tot signa diem Domini praeventura, ut his omnes admoneantur, ut respiciant, et poenitentiam agant; non aliam profecto causam

habent nisi ut homines ad poenitentiam provocentur, ne in iram Dei incidant. Quod est magnum et evidens divinae misericordiae iudicium quae variis utiliter modis et nos ad se trahat, et peccatores quantumvis pessimis convertat. Sed quomodo hoc stabit cum Apostoli Pauli sententia ad Thessalonicenses, v, 2, dicentis: *Dies Domini, sicut fur in nocte veniet?* Id est: Adventus Domini erit tam subitaneus ac inopinatus, praeter omnium expectationem, sicut fur in nocte. Sed advertendum est quod licet tot sint signa exultantia ac provocantia, homines tamen in peccatis et delictis suis erunt quasi sopiti, ut illius adventus Domini non aliter eveniat inopinatus, ac fur in nocte. Quod hic de Judicio, hoc quoque de eo, quod ipsa ad Judicium via est, scilicet de morte dici potest, quae vero sicut fur in nocte venit. Dum enim minime speratur, se in modum ingerit conulorum gaudiorum, et proxima est, quando maxime remota creditur, minusque de ea cogitatur.

v. — Mira profecto rerum mutatio! *Et in terris pressura gentium praefusione sonitus maris et fluctuum:* Homo orbis princeps, sub cuius pedibus omnia erant subjecta, dum a sua felicitate in magnas miseriae ac angustias cadit; creaturae quae famulae ejus erant, adversus eum insurgunt; superiora astra obscurantur, adversus eum mare intumescens horribiles dat sonitus. O quam frequenter cum Dominus a culmine suae felicitatis decidit, adversus eum servi dant horribiles voces, aut eum plane deserunt! Ita prorsus homo cum velut flos decidit a dignitate vitae, proh quanta rerum mutatio! Tunc omnes terminantur excellentiae quae haeculis eidem servierant, deserunt eum voluptates, thesauri et quidquid aestimare potest mundus.

VERSUS 26.

Arescentibus hominibus praef timore, et expectatione, quae supervenient universo orbi: nam virtutes colorum movebuntur.

Arescentibus hominibus.

1. — Utinam homines praef juniorum austeritate arescerent, aut extenuarentur per rigorem poenitentiae, at vero ita non erit tunc, sed potius arescent praef timore, et horrore, ex irritata, per iniquitates ipsorum, ira Dei concepto. Unde Dionysius Cartusianus ait: « Arescentibus cunctis hominibus, praesertim injustis, quia praef magnitudine formidinis et morosis, corporalis harmonia, quaedam exsiccationem et extentionem incurret; » docet enim experientia, et refert Sapiens, *Prov., xvii, 22, quod spiritus tristis exsiccet ossa.*

2. — Haymo, *Hom. ii in u D. Adv.,* in sensu spirituali ita exponit: « Spiritualiter homines in ultima tribulatione arescere, est reprobos a pinguedine

« fidei et charitatis deficere; multi in illa tribulatione a fide arescent, qui prosperitatis tempore fideles putabantur. »

Præ timore.

3. — S. Hieronymus ad Heliodorum de die illo tremendo ita scribit: « Ad vocem tubae pavebit terra cum populis, iudicatori Domino, lugubris mundus immuet, tribus ad tribum pectora ferient. » Dionysius Carthus. in ea est opinione, quod terror, quo ex subversione et commotione cunctarum creaturarum, mentes humane percitentur, talis ac tantus futurus sit, ut homines velut fatui et amentes passim sint oberraturi: « Tantus stupor, perturbatio, moror, et afflictio homines apprehendet, quod veluti amentes ibunt. »

4. — Cartus horum verborum sensus ignoratur (neque enim illum Christus nobis declaravit), an scilicet soli reprobi praef timore arescendi sint, an vero etiam tremore illo corripendi sint, iusti. S. Vincentius Ferrerius, *Ser. in i D. Adv.,* ita hac de re arguit: « Si caelum et terra, et creatura, quae nunquam peccaverunt contra Deum, non poterunt ipsius adventum sustinere, quid facient tunc peccatores? magis vellent esse in inferno, quam « videre Deum. » At vero Job, qui non solum justus erat, sed etiam totius humani generis innocentissimus et sanctissimus ab ipomet Deo pronuntiatus fuerat, dum hujus superni Judicii tribunal a longinquo prospiceret, tali quoque horrore percussus fuit, ut dicere non dubitavit, *Job., i, 14: Quis mihi hoc tribuit, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorder mei?* Ex quibus verbis clare colligitur, abyssum perditionis, minus horrendam futuram esse, quam iudicii experiri severitatem, Chryso-stomus, qui in Homilia lxxvii, super Mattheum dixerat, quod quotiescumque diem illum iudicii cogitaret, toto corpore contremisceret: « Horror invadit terribilis, et amarissime perlens « ex profundo corde ingemisco; » idem in alia quadam Homilia, quam super Epistolam ad Rom. scribit, melioris conditionis eos esse dicit, qui sunt in inferno quam qui irascenti Judici assistunt: « Si quis est, qui sensu et mente praeditus sit, is certe « gehennae penam tolerare mallet, quam adverso « Deo stare. » In Apocalypsi, vi, 15, 16, indifferenter de omnibus ita scribitur: *Absconderunt se in speluncis, et in petris montium; et dicunt montibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos a facie sedentis super thronum, et ab ira Agni.* S. Gregorius ex illa S. Johi mox adducta supplicatione, hanc ad propositum nostrum deducit consequentiam: « Perpendamus quanta debemus formidine futurum iudicium semper evadescere, quando et ille, qui a a Iudice laudatus est, adhuc de retributione iudicii in suis vocibus securus non est. » Unde et

S. Bernardus, qui adeo innocens, et sanctus vir extitit, illo cogitato timet, et contremisct: « Paveo iudicis vultum, ipsis quoque tremendum angelis licet potestatibus. » *Serm., xvi, in Cant.*

5. — « Quantus tremor est futurus, quando Judex « est venturus cuncta stricte discussurus. » Quibus verbis S. mater Ecclesiae non solum futurum in illo die horrorem evadendam vis proficitur, verum etiam hujus terroris rationem reddit, dum tremorem illum inde oriturum esse dicit, quia scilicet instituendum sit de peccatis nostris in conspectu omnium hominum manifestandis, examen quoddam rigorosissimum. S. Ephrem ait: « Formidabiles libri aperientur, in quibus scripta sunt opera nostra, et « verba, et cogitationes, et intentiones, » quae proinde occultari nequaquam poterunt, quia Deus dicit: *Ego sum testis et Iudex,* ac proinde nulla ad ejus iram evadendam via supererit. Unde S. Bernardus, *Ser. lx, in Cant.,* ait: « Arctae et stricte « tunc erunt viae omnium peccatorum, quando non « poterunt negare, non excusare, non appellare, « non fugere, non impetrare veniam, non habere « refugium. »

Quae supervenient universo orbi.

6. — Haymo, *Hom. cit.,* ex S. Matthaei Evangelico contextu universalem mundi desolationem deduci posse observat, dicit enim: « Ad ultionem reproborum hominum ipsa elementa mundi perturbata « dicuntur, quae singulatum Dominus enumerat, « dicens: Surgent gens contra gentem, et regnum « adversus regnum, ecce turbatio hominum; terra « motus magni erunt per loca, ecce respectus irae « desuper: erunt pestilentiae, ecce inequalitas « corporum; et fames, ecce sterilitas terrae; terro- « resque de caelo et signa magna erunt, ecce inae- « qualitas aeris; erunt signa in sole et luna, ecce « motio siderum; praef confusione sonitus maris et « fluctuum, ecce concussio fluviorum. » S. Thomas de Villanova, *Cone. n.,* ait: « Toto orbe mortales « omnes naufragabuntur ubique. »

7. — Lyrantex ex quadam Historiae scolasticae auctoritate, quindecim numerat portenta, eaque omnia horribilia et tremenda, quorum *Primum* erit, quod mare quadraginta cubitis super omnes montes, instar solidissimi muri, sit elevandum. *Secundum*, quod idem mare adeo profunde denuo dilabatur, ut ejus fundus videri non possit. *Tertium*, quod monstra marina in salis illius elementi superficie appa- « rent, horrendissimos nutatus ad ipsas usque « stellas se protendentis, emittent. *Quartum*, mare et omnes aliae aquae exardescunt. *Quantum*, omnes arbores humorem sanguineum foras emittent. *Sextum*, cuncta aedificia corruent. *Septimum*, omnes petrae ad invicem collidentur. *Octavum*, universalis quidam terre motus erit. *Nonum*, universa terra complanabitur. *Decimum*, homines e cavernis egre-

dientes, velut amentes vociferabuntur, absque ulla tamen verbi alicujus articulatione. *Undecimum*, omnia mortuorum ossa e sepulchris resurgent. *Duodecimum*, stellæ e caelis decident. *Decim tertium*, omnes morientur viventes, ut in universali resurrectione noviter resurgant. *Decim quartum*, cœlum et terra ardore consumentur. *Decim quintum*, utrumque denuo renovabitur, et omnes resurgent; subiungit tamen idem Lyranus: « De veritate aut falsitate istorum signorum, iudicium majoribus derelinquo. » Carthusianus vero, *Serm. v.*, hæc cum discretione referenda esse monet, ad contentendos peccatores. Quod vero terræ motus atinet, eosdem et ipse futuros esse asserit, dicens: « Ex vehementissimo illo terræ motu lapides confringentur, » ubi et mortis Christi exemplum adducit, circa quam, ex illoterræ motu, *Petræ scissæ suad et monumenta aperta sunt.* « Asserunt Sancti, quod complanabitur terra; montes, colles, ædificia in pulverem redigentur. » Terra in omnibus mundi partibus per terræ motus in profundissimas voragine ad centrum inferni usque sese protendentes aperietur, fumumque, ignem et sulphur evoment; insonabitque tuba: *Surgite, mortui, et venite ad iudicium*, que meta et horrore omnia implebit.

Nam virtutes colorum movebuntur.

8. — S. Thomas de Villanova, *Conc.* II, cœlestes influentias distemperandas esse scribit: « Influentiæ cœlestes distemperabuntur, a quibus ista inferior machina gubernatur. » Suarez quoque cœlorum sphaera interturbandas esse dicit, malignos inde et portentosos in hisce creaturis inferioribus imprimendo effectus. Arabicus legit: *Virtutes colorum conturbabuntur.* Cajetanus legit: *Agitabuntur.* In Greco habetur: *Eerectus colorum.* S. Antonius Paduanus, *Ser. I in D. I. Adv.*, textum illum Isaie cum hoc Evangelio loco consonare dicit, dum Propheta ait: *Turbet omnia malitia colorum, et complicabuntur sicut liber colli, Isa., xxxiv, 4.*

9. — Lucas Brugensis per has virtutes, angelicas intelligentias intelligit, a supremo motore per inflexibilem suam providentiam ad regulatum universi regimen curandum destinatas: Hæ enim, in illo die « Omnia commovebunt, ut enim ipsis credita est administratio universi, ita ipsi auctores erunt totius commotionis universi. » Albertus Magnus quoque in eadem fuit sententia, dum ait: « Illi angeli, qui virtutes dicuntur, tunc circummovebuntur, ut multa terribilia faciant. » In S. Marco, xiii, 25, idipsum magis specificè exprimitur his verbis: *Virtutes, quæ in caelis sunt.* Salmeron adducta auctoritate S. Thomæ, dicit: « Movebuntur iste virtutes, faciendo mira et insolita. » Dionysius Carthusianus de isdem scribit: « Virtutes colorum, qui est processus ad operationes miraculosas, »

10. — Idem Carthusianus Origenem citans, in Enarra. evang., scribit: « His accidentibus consequens est, cœlorum rationabiles virtutes stuporem et commotionem aliquam pati, ac conturbari. » Idem quoque Carthusianus supra præcitatum Evangelii S. Lucae textum scribens, motum hunc angelicorum virtutum timorem vel stuporem quemdam reverentialem indicare existimat: « Movebuntur motu reverentiæ et admirationis, ex tam inconsuetis et perhorrendis divini iustitiæ effectibus; movebuntur in obsequium Iudicis, et cum eo descendunt, quasi in expeditionem contra hostes ipsius. »

11. — S. Gregorius autem angelos cum Iudice adversus reprobos comparatos existimat, ut eisdem auxilia ad ipsorum salutem subministrata, serio exprobrant: « Qui in adventu districti Iudicis tunc visibiliter apparebunt, ut districte tunc a nobis exigant hoc, quod nos invisibilis conditor æquanimiter portat. »

12. — Dionysius Carthusianus dicit, quod motus ille sit « motus mirativus ». Sed unde hæc in angelis procedere poterit admiratio? Justam atque et fundatam causam et rationem habebunt; cum enim Filium Dei in terram, ut humanam sibi assumeret fragilitatem, descendisse sciant: *Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abraham*, simulque perspectam habeant teneritudinem, compassionem, amorem et misericordiam Filii Dei erga hominem, in cuius custodiam ipsos, natura licet plurimum superiores, destinavit, modo autem eundem hominem Redemptorem adeo erga totum genus humanum severum videant, et implacabilem, quid mirum, si præ nimia admiratione obstupefacti remaneant?

13. — Hugo Cardinalis in hisce virtutibus prædicatores evangelicos agnoscit, utpote qui in ultima Antichristi persecutione pavidi contremiscent. *Verbo Domini colli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*; et tamen cum tota hac firmitudine trepidabunt, imo « timore mortis a fide recedent » pro majori parte. »

14. — Haymo per hasce virtutes, prelatos et superiores ecclesiasticos intelligi posse censet, qui tunc severissimo examini subjacebunt: « Quidam hoc loco virtutes colorum magistros, et rectores « Ecclesia intelligi volunt, Episcopos et sacerdotibus, » cujus hanc rationem reddit, quia sancta Dei Ecclesia cœli titulo honoratur: « Cœlum mihi « sedes est; tales autem prelati tunc commoveri « dicuntur, quia in illo districto iudicio, etiam præ « sules Ecclesiarum rationem exsolvent, non solum « pro suis actibus, sed etiam pro commissis sibi « animalibus. »

15. — S. Bonaventura commotionem hanc de terrore angelorum vel intelligendam, quod iudicium severitatem percellentur: « Virtutes colorum, » inquit, « sunt angeli, qui ex turbatione omnium

« dicuntur commoveri; » in cuius probationem illum Jobi, xxvi, 11, textum adducit: *Columnæ cœli contremiscent et pavent.* Unde et Chrysostomus, licet ad aliud propositum, dicit: « Tam terribile erit « iudicium illud, ut ab angelis timeatur. » Origenes quoque, *Hom. x in Num.*, super illa verba: *Tolle cunctos principes populi*, ait: « Fortassis « referuntur hæc ad angelos, venient enim ad iudicium nobiscum, et stabunt ante solem iustitiæ, « ne forte aliquid causæ ex ipsis fuerit, quod delinquimus, ne forte minus operis expendunt, ne « nos a peccatis revocarent. » S. Bonaventura dicit: « Dicuntur pavere non timore peccati, sed horrore « divini vindictæ. » Chrysostomus a S. Thoma in *Catena* citatus, dicit: « Movebuntur, quamvis sibi « conscie non sint, videntes enim infinitas « multas « tudes condemnari, non intrepide stabunt illic. » Haymo ut terrorem hunc, qui in beatis illis spiritibus inverisimilis esse videtur, melius explicet, hæc utitur similitudine. « Sicut enim v. g. cum Rex « severum et districtum iudicium in subditos « exercet, non solum illi timent, qui pro suis « meritis iudicantur, sed etiam illi, qui ejus lateri « adherere solent; sic cum Deus omnipotens « reprobos puniet in iudicio, ut terror et districtio « iudicii ostendatur, etiam illi timere dicuntur, qui « æterna stabilitate firmati sunt; unde bene per Job « dicitur: Columnæ cœli contremiscent, et pavent. »

16. — Merito igitur cum S. Gregorio argumentum quoddam, in mox citato Jobi textu fundatum, formare possumus, dicendo: « Quid ergo facient « tabula, si tremunt columnæ, aut quomodo virgulta immobilia stabunt, si hujus pavoris turbine « etiam cedri quantiuntur? » Insignis est illa S. Bernardi consideratio, *Serm. II de verb. Isa.*, que digna est, ut ab omnibus scialur, imo que cum pondere sanctuarii serio a nobis trutinetur, nimirum: « Qualem putas necesse est, hominem inveniri, qui « repudiati locum angeli sortiatur? » *Cum accepero tempus*, inquit districtus ille Iudex; *ego iustitias iudicabo.* Quæ verba Hugo Cardinalis ponderans, dicit: « Terribile verbum, quod non tantum peccata iudicabit, sed et iustitias, bona scilicet opera « examinet. »

17. — S. Bernardus quoque, *Serm. lxx in Cant.*, ad illam Christi districti Iudicis protestationem se reflectens, hanc inde deducit consequentiam: « Quid faciet de iniustus iudicis, qui ipsa quoque « iustitias iudicabit? Verendum est, ne sub tam « subtili examine, multæ nostræ iustitiæ, quæ peccabantur, peccata appareant; dicente Domino: « cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, » et apud Sophoniam, I, 12, idem Dominus dicit: *Scrutabor Jerusalem in lucernis.* Quibus verbis quoad sensum litteralem, ut S. Hieronymus declarat, ad Hebræos in desolatione Hierosolymæ constitutos

alludit, quando Romani eos, qui in abditissimis antris latitabant, in lucernis investigantes, inde ad mortem et stragem raptandos foras educunt. In sensu vero spirituali, S. Bernardus, *Serm. lxv in Cant.*, verba illa de rigorosissimo examine, cui animæ, quantumvis iustissimæ et perfectissimæ, subjiciuntur: « Quid tutum in Babylonia, si Jerusalem « salem manet scrutatum? » Porro in abditissimis terræ speluncas et latibula sol non ingreditur, ac proinde ad illas perstrandas opus est lumine lucernæ; unde sensus verborum illorum apud Sophoniam hic est, omnium illarum animarum, quæ secundum anteriorem apparentiam virtutis studium et divini leges observantiam professæ fuerunt, cogitationes quoque secretissimæ, intentiones et fines reconditissimi tunc revelabuntur.

18. — Redemptor noster, Matth. vigesimo quinto capite, parabalam illam de decem virginibus, ad finalis iudicii examen directam, (de hoc enim in ejusdem capitis progressu diffuse tractatur), proponit. Ex cuius recensionis deduci posse videtur, mediocritatem fidelium salvandam esse, aliam vero mandandam; siquidem harum virginum, per quas animæ fidelium denotantur, quinque ad nuptias ingressæ, alia vero quinque ab eisdem excluse fuerunt. Nec tamen a me sine causa dictum est, quod id inde deduci posse videatur; siquidem, ut Cajetanus bene observat, Christus venturus Iudex in hac parabola, non de omnibus indifferenter tractare intendit, cum ex his multos malos esse certum sit, sed solum de illis, qui in hominum oculis magnæ sibi innocentie et bonitatis opinionem comparant, et virginum instar pretiosas habentur: « De illis tantum, qui profuturæ se studere fecerunt, ad continuum progressum versus patriam cœlestem, » quorum mediæ in rigorosissimo Dei iudicio peribit; tunc enim Iudex ille *illuminabit consilia cordium.* Magna profecto et mira res est, quod, cum oleum charitatis symbolum esse constet, certum quoque sit, quod virginæ illæ prudentes animas presignificant charitatem maxime flagrantem, illæ tamen sociabiles suis oleum istud tanta cum precum instantia efflagitantibus, quantumvis modicum illis parate in tanta necessitate, a qua tota dependet beate vite futuræ æternitas, tam pertinaciter denegarint; unde notandum est easdem prudentes virginæ sese excusasse, dicendo: *Ne forte non sufficit nobis et vobis, nemo enim, quantumcumque justus sit, consentire unquam audebit, ut ex honorum operum meritis, quibus solis electorum animæ locupletes esse noscuntur, vel minima pars aliis proximis applicetur, cum constet quam rigidum et districtum futurum sit illud iudicium, in quod etiam sanctissimi quoque, et innocentissimi viri accedendi erunt.* Unde auctor Operis Imperfecti horum verborum: *Date nobis de oleo vestro, hunc sensum dicit: « intercedite, accomodate*